

Ⓒ Epitafium Bernardi.

- Mira loquor, sed digna fide: Bernarde, quid hic est?
 Vivis adhuc? vivo. Non es rogo mortuus? immo.
 Et quid agis? requiesco; taces an faris? Utrumque.
 Cur retices? quia dormio; cur loqueris? quia vivo.
 5 Quid loqueris? sacra mistica; cui? mea scripta legenti.
 Num cunctis? non; ergo quibus? qui dulcia querunt.
 Nomen habes? utique Bernardus; non sine causa?
 Non; dic ergo, quid est Bernardus? id est: bona nardus.
 Cur nardus? quoniam fraglo; quo framine? dulci.
 10 Cui fraglas? et ubi? lectori, codice sacro.
 Quid cognomen habes? de Clara¹ valle; manes hic?
 Mansi, sed modo non; ubi nunc? in vertice montis.
 Qualis eras in valle manens? humilis; modo quantus?
 Maior nunc sursum, quanto minor ante deorsum.
 15 Nilne tui Vallis habet? immo; quid? ossa; quousque?
 Donec celeste fiat terrestre cadaver.

Ⓒ De operibus sex dierum.

Prima dies profert lucem; tenebras, elementa
 7 Verse. 'factoris imago est'.

Vgl. N. A. XVII, 383.

Ⓒ De decem plagis.

Prima rubens unda clades, . . .
 s. N. A. XVII, 360; Werner, Beiträge S. 36.

Ⓒ De decem preceptis.

Idola ne cures, nec falsum numine iures
 5 Verse. ' . . . concupito rem'.

- Ⓒ Est homo sanguineus, cui non colitur deus unus
 10 Verse (Auslegung der 10 Gebote) . . . 'si fore
 quis cupit heres'.

Ⓒ De libris veteris et novi testamenti.

Quinque libros Moysi, Iosue, Iudicum, Samuelem,
 11 Verse.

Ⓒ Tres sunt ecclesie partes: pars una laborat

In terris . . . 4 Verse.

Es folgen einzelne Verse über die hostia, über
 Festtagstermine u. a. m.

- Ⓒ Qui manibus sordes, mentis prius ablue sordes!
 Intus te munda, quia mundis omnia munda.

f. 24^v l.

- Ⓒ Sumitur occulte Christus, ne sit tibi, stulte,
 Horror seu risus, sitque lucrosa fides.

1) 'clara' aus 'clare' corr.